

in seruos eius.

Misit moysen seruum suum: et quem elegit ipse.

Posuit in eis uerba signorum suorum: et prodigiorum

in terra chanaan.

Misit tenebras et obscurauit: et non exacerbauit sermones suos.

Conuertit aquas eorum in sanguinem: et occidit pisces eorum.

Edidi in terra eorum ranas: in penetra-

bulis: regum ipsorum.

Dixit et uenit cinis in omnia: et ciniphes: in omnibus finibus eorum.

Posuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipsorum.

Et percussit uineas eorum et ficulneas eorum: et contriuit lignum finium eorum.

Dixit et uenit locusta et bruchus: cui non erat numerus.

Et comedit omnem fenum in terra eorum:

